

que annos Indulgentia elargitur. Denique Confratribus, & Confororibus associantibus Processionem, que fit singulis Sabbatis, aut semel in mense per Ecclesiam, vel Claustrum dictarum Domorum, in suffragium mortuorum, octo annos Indulgentia de injunctis, aut alias quomodolibet debitis pœnitentiis relaxat.

CAPUT VIII.

Indulgentia, quas consequuntur Confratres, & Conforores Sanctissimi Rosarii visitantes quinque Altaria.

Leo X. instituit, & concessit, ut quilibet Confrater Confraternitatis SSimi Rosarii canonice in quacunque Ecclesia Ordinis Prædicatorum erecta quinque Altaria visitando cuiuscunque Ecclesie, aut unum, vel duo quinque, si quinque defuerint eandem Indulgentiam integraliter consequatur, ac si omnes Almar Urbis Stationes peregrinando circumiret, quam concessionem confirmat, & approbat Clemens VII. in Brevi: Et si temporalium, quod Paulus III. in Brevi Rationi congruit 3. Novembris 1534. publicavit.

CAPUT IX.

Indulgentia, quas lucrantur Confratres, & Conforores peccata sua confitendo, & communicando aliquibus diebus Dominicis Anni.

Primo. Gregorius XIII. in Brevi quod incipit Ad augendam pro Confraternitatibus institutis in Ecclesiis Prædicatorum Provincia, utriusque Lombardie die 8. Novembris 1578., & in alio simili pro Provincia Romana an. 1579. die 29. Augusti concedit plenariam Indulgentiam omnibus Confratribus, & Confororibus SSimi Rosarii, qui vere pœnitentes, & confessi, ac devote in dictis Ecclesiis primis Dominicis diebus cuiuslibet Mensis Sacram Communionem sumpserint, ibique pro extirpatione hæresium, pro pace inter Principes Christianos, & Sanctæ Matris Ecclesie exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quam Indulgentiam extendit ad Confratres infirmos, qui ad easdem Ecclesias, seu quamlibet earum accedere non valentes, prævia Confessione, & Communione domi sue ante devotam Imaginem devote Rosarium, seu Coronam, aut septem Psalmos, qui legere sciunt recitaverint.

Consultur Infirmis Ecclesiam adire non valentibus.

Secundo. Clemens VIII. in Brevi Ineffabilia Gloriosa Virginis, 12. Februarii 1598. Confratribus Confraternitatis SSimi Rosarii erecte in Ecclesia S. Pauli Vallisoleti Ordinis Prædicatorum, qui Dominica infra octavam Nativitatis Beatissimæ Virginis solemniter hujusmodi Festivitatem celebrare volunt, si vere pœnitentes, & confessi eadem die annis singulis Sanctissimum Eucharistie Sacramentum perciperint, & Altissimi Preces pro universalis Ecclesie, & Romani Pontificis statu fuderint, plenariam suorum peccatorum Indulgentiam concedit.

Tertio. Gregorius XIII. in Brevi quod incipit, Desiderantes, 22. Martii 1580. Confratribus, & Confororibus Confraternitatum jam erectarum in Ecclesiis Prædicatorum Provincia, Sancti Jacobi novæ Hispaniæ, in Indiis, qui pri-

ma Dominica Octobris vere pœnitentes, & confessi alicui confessario dicti Ordinis, Sac. Communionem sumpserint in præfatis Ecclesiis, in quibus instituta est Confraternitas SSimi Rosarii, plenariam Indulgentiam elargitur.

CAPUT X.

Indulgentia, quibus fruuntur Confratres, & Conforores Sanctiss. Rosarii in mortis articulo.

Primo. Supradiximus, quod Confratres, & Conforores SSimi Rosarii respective, ex concessionem Innocentii VIII., & Leonis X. qui per septimanam Rosarium recitaverint, consequantur semel in vita, & semel in morte Indulgentiam plenariam, & Pius V. in Brevi Consequerantur, Indulgentiam plenariam concedit Confratribus Confraternitatum erectarum in articulo mortis constitutis, confessis, & per modum Viatici Sacra Communionem refectis.

Secundo. Adrianus VI. in Bulla Illius, qui Dominicum gregem die prima Aprilis anno 1523. plenariam Indulgentiam concedit Confratribus Confraternitatis SSimi Rosarii erectæ in Ecclesia Prædicatorum Victoria (vere pœnitentibus, & confessis, vel firmum propositum confitendi habentibus) qui in mortis articulo in manibus tenentes cererum benedictum Confraternitatis, in honorem Virginis Mariæ ex hac luce migraverint, si ante eorum obitum Rosarium semel dumtaxat recitaverint. Quam Indulgentiam confirmavit Clemens VIII. in præfata Bulla Ineffabilia &c.

Tertio. Clemens VIII. in Brevi Salvatoris 13. Januarii 1592. Confratribus Confraternitatis SSimi Rosarii instituta Divioni, qui vere pœnitentes, & confessi, ac Sacra Communionem refecti, pium nomen Jesu corde, si ore nequiverint, in mortis articulo invocaverint, plenariam Indulgentiam elargitur.

Quarto. Et in Brevi, Ineffabilia gloriosa 12. Februarii 1598. Confratribus Confraternitatis Sanctiss. Rosarii erectæ in Ecclesia S. Pauli Vallisoleti, si in articulo mortis recipiendo Sanctissima Ecclesie Sacramenta, & Ecclesie Romanæ fidem profitendo, Antiphonam Salve Regina dixerint, & Beatæ Virgini se commendaverint Indulgentiam plenariam concedit.

Quinto. Idem in Bulla, que incipit, De salute gregis 18. Januarii 1592. Confratribus, & Confororibus Confraternitatis Sanctissimi Rosarii Utini erectæ, vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communionem refectis, qui in articulo mortis Sanctissimum nomen Jesu corde, si ore nequiverint, invocaverint, vel aliquod contritionis signum dederint, Indulgentiam plenariam concedit.

Sexto. Clemens X. in Brevi, Cælestium munerum 16. Februarii anni 1671. Sacerdotibus Sæcularibus, aut Regularibus, quibus licitum fuerit juxta Constitutiones, & Decreta Sedis Apostolicæ celebrare Missam Sanctissimi Rosarii, eandem celebrando, sicut & omnibus Religiosis, & sanctimonialibus, etiam Tertii Ordinis Prædicatorum, & omnibus Confratribus, & Confororibus cuiuscunque Confraternitatis Sanctissimi Rosarii jam erectæ, aut erigendæ in futurum in quocunque loco, qui vere pœnitentes, & confessi, vel firmum confitendi habentes propo-

Celebrantibus Missam Rosarii, eiq. adfratribus Indulgentia plenaria.

positum prædictæ Missæ devote interfuerint, ibique pro pace inter Principes Christianos, hæresum extirpatione, & exaltatione Sanctæ Matris Ecclesie oraverint, quoties id egerint impertitur omnes Indulgentias, peccatorum remissiones, & pœnitentiæ relaxationes, quas Confratres, & Conforores dictæ Confraternitatis integrum Rosarium recitando ex Sedis Apostolicæ concessionem assequuntur.

Idem aliam semel in mense.

Septimo. Idem Pontifex in eodem Brevi omnibus, & singulis prædictis, qui soliti fuerint dictam Sanctissimi Rosarii Missam celebrare, ut dictum est, aut eidem assistere, si vere pœnitentes, confessi, & communicati oraverint, sicut dictum est, concedit ut omni mense easdem, similiter consequantur Indulgentias, peccatorum remissiones, & pœnitentiæ relaxationes, quas consequentur Confratres, & Conforores dictarum Confraternitatum, assistendo processionem Sanctiss. Rosarii quilibet prima Dominica mensis.

Prædictæ Indulgentia applicari possunt animabus Defunctorum.

Octavo. Præterea idem Summus Pontifex in eodem Brevi concedit, ut omnes hæ Indulgentia, peccatorum remissiones, & pœnitentiæ relaxationes, possint per modum suffragii animabus Defunctorum applicari.

CAPUT XI.

Quomodo omnes prædictæ Indulgentia ad Infirmos, ac legitime impeditos extendantur.

Præter ea quæ, Capite V., & IX. diximus: sciendum, Sixtum V. in præfata Brevi, Dum ineffabilia, Confratribus Confraternitatum tam hæcenus erectarum, quam in posterum erigendarum itinerantibus, navigantibus, & servientibus, totum Rosarium, Infirmis vero, aut alias legitime impeditis tertiam ejus partem devote recitantibus, necnon temporibus debitis, & ab Ecclesia statutis confitendi, & communicandi firmum propositum habentibus, qui Cappellam Rosarii in Ecclesia S. Mariæ super Minervam Ordinis Prædicatorum Romæ, aut alias Ecclesias, vel Cappellas ubicunque dicta Confraternitas canonice erecta fuerit, iis diebus, quibus festa Mysteriorum Rosarii celebrantur visitare, & processionem, que prima Dominica cuiuslibet mensis fieri solet interesse non poterint, plenariam Indulgentiam concedere, & elargiri, illisque communicare omnes, & singulas Indulgentias, peccatorumque remissiones, etiam plenarias, concessas, & concedendas in futurum, omnibus Confratribus, & Confororibus in præfatis diebus Cappellas, seu Ecclesias Rosarii visitantibus, ac dictæ Processioni interessentibus, perinde ac si iisdem diebus dictas Cappellas, seu Ecclesias personaliter visitarent, & processionibus hujusmodi interessent, advertant nihilominus Confratres, ut debita contritione muniantur.

CAPUT XII.

Indulgentia pro Defunctis.

Primo. Gregorius XIII. in Bulla, que incipit, Omnium salutem, 30. Octobris 1582. concedit Ecclesie Prædicatorum loci Racconisii ubi est Altare SSimi Rosarii, quod non est Altare majus,

indultum Altaris privilegiati, quoties ab aliquo dictæ Domus Sacerdote dumtaxat Missa Defunctorum celebrabitur pro Anima cuiuscunque fidelis Defuncti Confratris Sanctissimi Rosarii.

Secundo. Clemens Decimus concedit omnes Indulgentias Capitulo decimo numero sexto, recensitas, posse applicari per modum suffragii Animabus Defunctorum.

Tertio. Præterea Innocentius XI. concessit, & indulgit in perpetuum, ut omnes, & singula Indulgentia Confratribus, & Confororibus Rosarii concessa possint ab iisdem per modum suffragii applicari Animabus fidelium Defunctorum, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint.

Forma, ut vocant Absolutionis, seu modus imperiendi Indulgentia Confratribus Rosarii in articulo Mortis.

Confiteor. Pater Spiritualis. Misereatur &c. Indulgentiam &c. Dominus Noster Jesus Christus Filius Dei vivi, qui Beato Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi, atque solvendi, per suam piissimam misericordiam recipiat confessionem tuam, & remittat tibi omnia peccata, quecumque, & quomodocunque in toto vitæ decursu commisisti, de quibus corde contritus, & ore confessus es, restituens tibi Stolum primam, quam in Baptismate recepisti, & per Indulgentiam plenariam a Summo Pontifice Innocentio VIII. Confratribus Sanctissimi Rosarii in articulo mortis constitutis concessam liberet te a præsentis, ac future vitæ pœnis, dignetur Purgatorii cruciatu remittere, portas Inferni claudere, Paradisi januam aperire, teque ad gaudia sempiterna perducere per Sacratissima suæ vitæ passionis, & glorificationis Mysteria SSimo Rosario comprehensa. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto Deus unus, vivit, & regnat in Sæcula Sæculorum. Amen.

Approbatio Sacre Congregationis.

§.2. Die 11. Julii 1679. Sacra Congregatio Summarium hoc Indulgentiarum a se recognitum approbavit -- A. Cardinalis Homo deus -- Loco Sigilli -- Michael Angelus Riccius Sacre Congregationis Indulgentiarum, Sacrarumque Reliquiarum Secret.

Preces Magistri Generalis dicti Ordinis

§.3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat dictus Antonius Magister Generalis Summarium hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ Patrocinio communiri, & alias opportune in præmissis a nobis provideri, ac ut infra indulgeri plurimum desideret: Nos ipsius Antonii Magistri Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præsertim Summarium Indulgentiarum, & gratiarum spiritualium, omniaque, & singula in eo contenta, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robor adjicimus, ac omnes, & singulos, juris, & facti

Confirmatur relatum Summarium

terisque contrariis quibuscumque .
§.4. Volumus autem, ut earundem presentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis presentibus, si forent exhibitae, vel ostense.

LXXIII. Permittitur, ut translato festo S. Benedicti, transferatur etiam Indulgentia Plenaria eo die concessa visitantibus aliquam sui Ordinis Ecclesiam.

Eam Indulgentiam concessit Clemens X. Constit. quae incip. Commisere Nobis tom. 7.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM dudum fel. rec. Clemens Papa X. praedecessor noster omnibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus vere poenitentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis quorumcumque Monasteriorum tam Monachorum, quam Monialium Regulam Sancti Benedicti profitentium eatenus erectis, & in posterum quodocumque erigendis, ac ubicumque locorum existentibus, die festo ejusdem Sancti Benedicti a primis vespere usque ad octavam solis diei hujusmodi annis singulis devote visitavissent, & ibi pro christianorum Principum concordia, haereticum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effudissent, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concesserit, prout in ipsis Clementis praedecessoris literis, desuper in simili forma Brevis die decima nona Decembris 1671. expeditis, quas perpetuis futuris temporibus valere voluit, uberius continetur. Et sicut pro parte dilectorum filiorum Procuratorum Generalium Caslinensis, & Hispaniae Congregationum Ordinis Sancti Benedicti, Nobis nuper expositum fuit, mobilitatem festivitatis Paschalis Resurrectionis Dominica festum ejusdem Sancti Benedicti interdum in hebdomadam majorem incidat, eaque de causa in alium diem transferatur, ac propterea dicti Procuratores Generales opportune super hoc a Nobis, provideri, & ut infra indulgeri plurimum desiderant: Nos eorumdem Procuratorum generalium votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, ut quodocumque memoratum festum Sancti Benedicti ex causa praenarrata ad

A Clemens X. concessa fuit illa Indulgentia plenaria in festo S. Benedicti.

Causa translationis praedictae Indulgentiae.

Preces Procuratorum Generalium.

alium diem transferatur, Christifideles praedicti qui aliquam ex Ecclesiis supra dictis eo die, ad quem translatio hujusmodi facta fuerit, devote pariter visitaverint, caeteraque omnia in literis praefatis praescripta adimpleverint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem a praefato Clemente praedecessore, sicut praemittitur, concessam consequantur in omnibus & per omnia, perinde ac si praemissa omnia in ipso festo non translato adimplevisent, auctoritate Apostolica tenore praesentium in perpetuum concedimus, & indulgemus.

§.1. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

§.2. Volumus autem, ut earundem presentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quae haberetur ipsis presentibus, si forent exhibitae, vel ostense.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVI. Sept. MDCLXXIX. Pontificatus nostri Anno Tertio.

LXXIV.

Confirmantur, & innovantur quaedam ordinationes pro Fratribus Praedicatoribus.

Aliae ordinationes confirmantur in Const. 23. quae incip. In supremo.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM nos alias de iis, quae Ordini Fratrum Praedicatorum necessaria, atque utilia erant satis edocti, quassam Ordinationes ad dilectum filium nostrum Palutium S. R. E. Presbyterum Cardinalem de Alteriis nuncupatum, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectorem transmitti mandavimus, quae a Capitulo generali ejusdem Ordinis novissime celebrato fieri deberent, ipseque Ordinationes die praecedenti electionem novi Magistri Generalis Ordinis praefati coram omnibus Definitoribus, de mandato, & in praesentia dicti Palutii, & Protectoris nomine, & jussu Nostro in publico Definitorio lectae, ibique ab omnibus ejusdem Capituli generalis vocalibus cum humili illarum observantiae professione acceptatae, & statuta fuissent; & postmodum facta electione dilecti filii moderni Magistri Generalis dicti Ordinis, idem novus Magister Generalis, antequam in Ecclesiam ad recipiendum a Fratribus obedientiam descenderet, juxta easdem ordinationes illarum observantiam coram toto Capitulo promississet, ac promissionem hujusmodi publico juramento in manibus praefati Palutii Cardinalis Protectoris, & Capituli Praesidentis praestito confirmasset, recursum habuerunt ad Nos quatuor Deputati a Capitulo generali praedicto, Nobis humiliter supplicantes, ut praedicta, quae toti Ordini praedicto ex observantia aliquarum ex dictis Ordinationibus nascitura supponebant, per-

Transferretur Indulgentia ad quemcumque diem, quo celebrabitur festum S. Benedicti.

Clausula.

Dat. 6. Octob. 1675. An. 4.

Quaedam Pontificis Ordinationes temperate fuerunt a Card. Protectore, ut infra.

perpendere, ac desuper opportune providere de benigntate Apostolica dignemur. Nos vero ejus rei cognitionem mandavimus memorato Palutio Cardinali, & Protectori, qui auditis, & mature discussis rationibus per eosdem Deputatos tam viva voce, quam scripto deductis, easdem Ordinationes jussu nostro moderatus est, & redegit in formam tenoris, qui sequitur, videlicet.

§.1. Ordinationes, & statuta facienda in Capitulo generali Ordinis Praedicatorum, antequam deveniatur ad electionem Magistri Generalis a Magistro noviter electo juramento promittenda coram Capitulo Electorum, statim post electionem, antequam in Ecclesiam ad recipiendam obedientiam descendat, idemque a successoribus in futuris electionibus praestandum.

I. Statuendum est, quod observentur Constitutiones Apostolicae, ac illae Religionis super celebratione Capituli generalis quolibet triennio, non autem ultra, absque licentia Summi Pontificis; quodque in fine cujuslibet Capituli generalis statuatur tempus, & locus futuri Capituli.

II. Et statuendum, quod Generalis teneatur personaliter, & per seipsum peragrare universam Europam, ac visitare Religionem, ejusque Conventus, itant id sequatur de omnibus Conventibus, vel eorum majore parte non autem de magis conspicuis tantum, vel in locis transitus. Quodque id agat cum majori modestia, & parsimonia, quam religiosi humilitas exigit, tam circa numerum Sociorum, aliorumque Comitum, & Familiarium, ut non excedatur numerus sex, vel octo, quam circa victum, aliasque expensas, ne Conventus nimium graventur; ideoque omnes expensae non possint excedere scuta quatuor quolibet die, quodque mora sit omnino brevis, nisi ex aliqua justa causa, quae concernat visitationem, & correctionem ejusdem Conventus, & non alias, & ei videatur necessaria talis mora, super qua ejus conscientia graviter onerata sit. Neque suspensio obligatione visitandi Capitulum generale dispensare valeat, absque Apostolica auctoritate.

III. Quod circa gradus Magisterii debeat omnino servare Constitutionem Bonifacii IX., quae incipit = Dilectis filiis, sub Datum Romae apud Sanctum Petrum quinto Kalendas Maji, Pontificatus anno decimo tertio, neque illi derogare valeat, &

IV. Quod non possit alterare praesentia statuta, vel alias Constitutiones, vel Acta, & Decreta Capitularia, quodque Acta, & Decreta Capitularia debeant subscribi ab Eminentissimo Protectore, & a tribus qualificatis Religiosis a Capitulo generali deputandis, atque alias non possint imprimi, vel publicari, nullamque faciant fidem, vel robur habeant.

Ordinationes, & statuta facienda in Capitulo generali Ordinis Praedicatorum, post sequentem electionem Generalis.

Eligantur quatuor, vel sex Religiosi ex doctioribus, & provecioribus, magisque informatis,

quibus committatur cura revidendi Constitutiones, earumque Glossas, & Ordinationes, ac referendi Capitulo generali, quanam exigant correctionem, vel emendationem, sive declarationem, & aliam provisionem in omnibus his, quae concernunt statum, & commoium Religionis, ac observantiam, & disciplinam Regularem. Atque desuper a Capitulo statuatur (ad formam Constitutionum tamen) ut in posterum omnes tollantur occasiones questionum, & dubitationum, & praesertim circa institutionem, & remotionem Superiorum, & similium. Et ubicumque in Glossis Constitutionum citantur litterae Pontificiae, aut Decreta Congregationum, vel alia similis auctoritas, ad authenticos Codices, & posteriores derogationes, si quae sint, recurratur, & cum his corrigantur, & ad litteram recitentur, & haec omnia fiant a praedictis Religiosis Eminentissimo Protectore consulto approbante. Et suprascripta omnia servantur in posterum semper, ac Constitutiones imprimendae sint cum aliqua mutatione, sive in istis, sive in Glossis.

§.2. Quare Nos perpetuae, atque inviolabili praedictarum Ordinationum, quae toto Ordini supra dicto peritiles, atque conducibiles esse dignoscuntur, firmitati, robori, & efficaciae ac observationi, ex commissa Nobis coelitus pastoralis officii debito consulere cupientes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, Ordinationes, & Statuta praesentia, omniaque, & singula in eis contenta, & expressa, tenore presentium perpetuo confirmamus, & approbamus, ac etiam innovamus, illisque inviolabilis, & irrefragabilis Apostolicae firmitatis vim, robur, & efficaciam adjungimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti, & solemnitatum quarumvis tam ex Juris communis, & Apostolicarum, ac dicti Ordinis Constitutionum, & Privilegiorum praescripto, quam de stylo, usu, & consuetudine etiam immemorabili ejusdem Ordinis, & alias quomodolibet in similibus, etiam de necessitate observandum; & alios quoslibet, etiam quantumvis formales, & substantiales, ac incogitatos, & incogitabiles, specificaque, & individua mentione, & expressione dignos defectus, si qui in eis, vel eorum aliqua principaliter, vel accessorie, antecedenter, vel subsequenter, aut concomitanter, seu alias quomodolibet intervenerint, seu intervenisse dici, censeri, intelligi, vel praetendi quovis modo possent, plenissime, & amplissime supplemus, & sanamus, ac penitus, & omnino tollimus, & abolemus; ipsasque Ordinationes, & Statuta praesentia a die prima illarum, & illorum publicationis, & acceptationis stricte, & rigorose observari praecipimus.

§.3. Ac proinde si quid subinde tam a praefato Capitulo generali in suis actis Capitalibus, quam a dicto Magistro generali, alicujus quocumque actum, gestum, decretum, vel ordinatum fuit, aut in futurum quodocumque a Capitulis generalibus, vel Magistris Generalibus dicti Ordinis pro tempore existentibus, aliusve quibilibet agi, geri, decerni, vel ordinari contigerit, quod praesentis Ordinationibus, & statutis directe, vel indirecte, seu alias quomodolibet adversetur, aut illorum effectum quovis modo impedire, vel avertere valeat, id in ea parte

Relatae Ordinationes confirmantur, & innovantur a Pontifice.

Clausula.

defectus si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§.4. Præterea præfato Antonio moderno, & pro tempore existenti Magistro Generali dicti Ordinis Fratrum Prædicatorum, eoque a Romana Curia abiente, Vicario Generali ejusdem Ordinis itidem pro tempore existenti, Confraternitates sub titulo SSmi Rosarii hujusmodi in quibusvis Mundi partibus, servata tamen Constitutione se, rec. Clementis VIII. Prædecessoris nostri, quæ incipit: Quæcumque a Sede Apostolica &c. 7. Decembris 1604. editæ, ac Decreto- rum hujus Sanctæ Sedis, præsertim circa distan- tiam locorum in erectione Confraternitatum, similis instituti servandam emanatorum forma, & dispositione, erigendi, & instituendi, quam- cumque necessariam, & opportunam facultatem, auctoritate, & tenore præfatis tribuimus, & impartimur.

§.5. Ac omnibus, & singulis Confraternita- tibus utriusque sexus Christianidelium, sub eodem titulo Sanctis. Rosarii, ubicumque locorum ha- stenus erectis, & in futurum tam in præfati Or- dinis, quam in aliis quibuslibet Ecclesiis, vel Oratoris per memoratum Magistrum Genera- lem, seu Vicarium Generalem, sicut præmittitur, quandocumque erigendis, illarumque Con- fratibus, & Confororibus, ut statim, atque canonica ipsarum Confraternitatum erectio fa- cta fuerit, etiam absque ulla Indulgentiarum, & gratiarum spiritualium communicatione, vel aggregatione omnium, & singularum Indulgen- tiarum, etiam pleniarum, & aliarum gratiarum spiritualium præfatarum participes sint, dictique Confratres, & Conforores omnes, & singulas etiam plenarias Indulgentias, & peccatorum remissiones, & poenitentiarum relaxationes, cæterasque gratias spirituales in Summario præ- inferto contentas, & expressas, servatis tamen & adimpletis omnibus illis, quæ pro illarum con- secutione respectively præscripta sunt, consequi, illisque uti, frui, & gaudere libere, & licite pos- sint, & valeant, eadem auctoritate harum scrip- tarum concedimus, & indulgemus.

§.6. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suisque plenarios, & integros effectus for- tiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respec- tive inviolabiliter observari: Sicque in præmis- sis per quoscumque Judices Ordinarios, & Dele- gatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Audi- tores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si quid secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con- tingerit attentari.

§.7. Non obstantibus quatenus opus sit no- stra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de non concedendis Indulgentiis ad instar, ac præfata Clementis prædecessoris, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione Apo- stolica, vel quavis firmitate alia roboratis Sta- tutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium, præmissorum quomodolibet concessis, confir- matis, & innovatis, Quibus omnibus, & sin- gulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum

Conceditur Magistro Generali existentibus, eoque ab- sente Vicario Generali facultas ubique erigendi dictas Confraternitates.

Quæ partici- pes erunt om- nium Indul- gentiarum ab- que ulla Co- municatione, vel Aggrega- tione.

Clausula.

insertis habentes, illis alias in suo robore per- mansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.8. Volumus autem, ut earundem præ- sentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica di- gnitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si fo- rent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscat. die XXXI. Jul. MDCLXXIX, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

LXXI.

Conceditur Privilegium præscriptionis centena- riæ Canonicis Regularibus S. Joan: Evangelistæ in Lusitania.

Dat. 2. Sept. 1679. An. 3.

De horum Congregatione vide Constit. quæ inci- pit: Exponi nobis ad vero facti intelligentiam vid. Pauli III. Constit. quæ incipit: Benignitas.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

PRO parte dilectorum filior. Canonicorum Regularium Congregationis S. Joan. Evan- gelistæ in Lusitania Nobis nuper expositum fuit, quod dudum eo tempore, quo Congregatio Cas- linen. Monachorum Ordinis Sancti Benedicti fruebatur Indulto Apostolico, ut contra ipsam non curreret præscriptio, nisi post lapsum sexa- ginta annorum, fel. rec. Paulus Papa III. Præde- cessor Noster, communicando dictæ Congrega- tioni S. Joannis Evangelistæ in Lusitania Privi- legia præfata Congregationis Caslinen., com- municavit expresse inter cætera Privilegium præ- fatum. Et quia prædictus Paulus Prædecessor communicavit non solum Privilegia usque tunc concessa, verum etiam in posterum concedenda dictæ Congregationi Caslinen., etiam per mo- dum extensionis; Caslinensi autem Congrega- tioni idem Paulus Prædecessor concessit Indul- tum centenariæ, seu præscriptionem sexaginta annorum extendit ad centum, iidem Exponen- tes plurimum cupiant a Nobis declarari, com- petere etiam ipsorum Congregationi privile- gium centenariæ, vel quatenus opus sit de no- vo concedi, ut ita in posterum occupantium, iniquitati obvietur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis oppor- tune providere, & ut infra indulgere de beni- gnitate Apostolica dignaremur.

Species facti.

Præcis dicto- rum Canoni- corum.

§.1. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesia- sticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa laicis, si qui- bus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum se- rie absolventes, & absolutas fore censentes, hujus- modi supplicationibus inclinatis de Venerabilium Fratrum Nostorum S. R. E. Cardin. Concilii Tridentini Interpretum, qui primodictam Con- gregationem stantibus præmissis, dicto privile- gio

gio non indigere censuerunt, consilio, eidem Congregationi Canonicorum Regularium Sancti Joannis Evangelistæ in Lusitania Privilegium centenariæ præscriptionis hujusmodi iidem om- nino modo, & forma, quibus supradictæ Con- gregationi Caslinen. a memorato Paulo Præde- cessore concessum fuit, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, salva tamen, semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

Conceditur eis prædictum privilegium, ad instar illius Monachorum Caslinensium.

Clausula.

§.2. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suisque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis aucto- ritate scienter, vel ignoranter contigerit at- tentari.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ præfatus Paulus Prædecessor in suis Literis super præmissis respectively emanatis concessit non obtare, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut earundem præsen- tium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscri- ptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ habe- retur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscat. die II. Septemb. MDCLXXIX, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

LXXII.

Extenduntur Indultum de Altari Privilegiato, & Indulgentia Plenaria ad decennium concessa in die Commemorationis Defunctorum pro Re- gnis Hispaniarum, ad alia Regna, & Dominia Regis Catholici in perpetuum.

Dat. 20. Sept. 1679. An. 3.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

ROManus Pontifex, cui spiritualium gra- tiarum dispensationem commisit Altissi- mus, Christianidelium devotionem ad Christianæ pietatis, atque charitatis opera uberiori in dies coelestium thesaurorum largitione libenter incitat, ac confovet, sicut pia Catholicorum Regum Orthodoxa fidei tuendæ, & propagan- dæ zelo, aliisque præclaris virtutum decoribus ac in Ecclesiam Dei meritis fulgentium vota flagitant, & ipse personarum, rerum, tempo- rum, & locorum qualitatibus maturæ confide- rationis trutinâ perpensis, ad gloriam Omni- potentis Dei, ac Animarum salutem, piorum- que, & religionum operum incrementum, ac spirituale Christiani Populi consolationem, atque adificationem cognoscit in Domino salu- briter expedire.

§.1. Alias siquidem supplicationibus Charis-

simi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici nomine Nobis per dilectum filium nobilem virum Gasparem de Gusman Haro Marchionem de Carpio, pro eodem Carolo Re- ge apud Nos, & Sedem Apostolicam Oratorem super hoc humiliter porrectis benigne inclinati, omnibus, & singulis utriusque sexus Christianide- libus in Regnis Hispaniarum degentibus, vere poenitentibus, & confessis, ac Sacra Commu- nione refectis, qui Parochialem suam respectively Ecclesiam die Commemorationis defunctorum a primis vesperis usque ad occasum solis ejusdem diei inclusive annis singulis devote visitavissent, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccelesie exaltatione piis ad Deum precibus effudissent, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, quam animabus fi- delium defunctorum, quæ Deo in charitate, conjunctæ ab hac luce migravissent, per modum suffragii applicare possent, misericorditer in Domino concessimus. Præterea, ut omnes, & singula Missæ, quæ eodem die Commemora- tionis defunctorum per quoscumque Sacerdo- tes, tam sæculares, quam cujusvis Ordinis, Congregationis, vel Institutii Regulares, in prædictis Hispaniarum Regnis ad quoscumque Altaria celebrarentur, animabus fidelium defunctorum, pro quibus celebrata fuissent, perinde suffragarentur, ac si ad Altaria Privi- legio Apostolico pro animabus defunctorum decorata celebrata fuissent, auctoritate Apo- stolica indulgemus, & alias prout in nostris desuper in simili forma Brevis die decimaquinta Martii proxime præteriti expeditis literis, quas ad de- cennium tantum valere volumus, & quarum te- norem præsentibus pro plene, & sufficienter ex- presso, ac de verbo ad verbum inserto haberi vo- lumus, uberius continetur.

Precibus Ca- roli Regis co- cessa fuit præ- dicta Indulgen- tia viciariis Parochia- lium Ecclesiæ.

Item Indultus, quo Missæ om- nes confite- tur dicto die veluti cele- brata in alta- ri privilegia- to.

Alia præcis Caroli Regis.

Extenduntur Indulgentiæ, & Indultum ad alia regna, & dominia in perpetuum.

Clausula.

§.2. Cum autem, sicut pro parte memorati Caroli Regis Nobis per prædictum Gasparem Marchionem ejus Oratorem nuper expositum fuit, idem Carolus pro eximia sua pietate literas nostras prædictas ad reliqua omnia sua Regna, sta- tus, ditiones, & dominia ampliari, ac in perpetuum extendi plurimum desideret: Nos religio- sum ejusdem Caroli Regis desiderium hujusmodi luculentiori, atque largiori paternæ nostræ Cha- ritatis benignitate quantum Nobis ex alto con- ceditur, pro equi, enixisque illius precibus Nobis super hoc per eundem Gasparem Marchionem devota humilitate porrectis favorabiliter an- nuere cupientes, Indulgentiam plenariam, & in- dultum, aliasque gratias a Nobis per literas no- stras prædictas pro Regnis Hispaniarum ad de- cennium tantum concessa, ut præfertur, ipsaque literas, cum omnibus, & singulis in eis conten- tis, & expressis, ad reliqua omnia, & singula Regna, status, ditiones, & dominia dicti Caroli Regis, servata tamen in reliquis earundem li- terarum forma, & dispositione, auctoritate præ- dicta tenore præsentium extendimus, & amplia- mus; ipsaque literas sic extensas, & ampliatas perpetuis futuris temporibus valere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia suffragari de- bere decernimus, & declaramus.

§.3. Non obstantibus nostra de non conce- dendis Indulgentiis ad instar, aliisque Constitu- tionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæ- teris-